



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

24. Dies Augusti. In æternum benedicens æterno; illi necessè est, maneat  
coæternus. S. Hilarius in Psalm. 144.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

664. *Christiani Militis.* Augustus,  
criminibus, omnium actionum suarum merita in  
lytrum æterno Patri offert. Quale illud est? An non  
tibi supra modum singulos nos amare videtur? quos  
tanti amat, quanti emeret mundos innumeros? ne  
que solum emat, sed per singula sacrificia pretium  
offerat. Jam vero, sic agit, ut nos multò pluris face  
re videatur, quam se, & omnia sua, cum & se, & su  
omnia, non semel, non uno tempore, sed tot in Alta  
ribus, & per tot Sacerdotes, in lytrum singulorum  
tradat, & usque ad mundi finem sit traditurus:

*Christus dum Patrem tradit, criminari dicit.*

#### 24. DIES AUGUSTI.

In æternum benedicens æterno, illi necessè est, ma  
neat coæternus. *S. Hilarius in Psalm. 144.*

Sacrifi-  
cium est  
Latrenti  
cum.

I. *D*icitur Hilarius, invitans nos ad pia  
hilaria in cœlis, vult, ut illis  
fruamur, nos hîc benedicere,  
sive quod idem, perpetuò lau  
dare Deum: In aeternum, inquit, bendicamus Aet  
ernum; quia in aeternum benedicens Aeterno; illi necessè  
est, maneat coæternus. Finis præcipuus, qui intendi  
tur in Sacrificio, est; ut illo Divinam excellentiam,  
supremumque mortis, ac vitæ Dominum in Deo  
testemur: in qua protestatione inest supremus cul  
tus, Soli Deo debitus; cui attributa est Nomencla  
tio Latrentici. Quantum laborârunt viri Apostoli  
ci, ut Dei gloriam propagarent, Evangelicam do  
ctrinam per totum orbem promulgando, & tot  
hominum myriades ad Christi Fidem converten  
do. Quantum gloriaretur, qui omnes in Anglia,  
Scotia, Suecia Hæreticos; omnes per totam Græ  
ciam,

Augustus.

Tessera.

665

ciam, Schismaticos; per totam Turciam Mahometanos; per totam Indiam, Barbaros; per universum Orbem, Gentiles ad Christi Ecclesiam adduxisset: nonne ille judicaretur gloriam Dei in immensum auxisse? Tamen certum est, plus Dei gloriam amplificari unico Missæ Sacrificio, quam tot ac tam heroicis operibus. Miraris fors dicti insolentiam? adeoque existimabis illud incredibile? Itaque superest, id ratione convincamus.

II. Illud est indubitatum: Omnis illa mortalium laus, quæ nasceretur ex conversione omnium hominum ad Fidem Christianam; & omnis quoque gloria, quæ inde in Deum redundaret; licet totâ æternitate duraret, non posset æquare unicum actum amoris, quem Christus eliceret erga Patrem; Verbi gratiâ, si Christus unico momento eliciat actum unum amoris in Patrem; illo uno plus Deo accederet gloriæ, quam si omnes, & Gentiles, & Hæretici ad Deum converterentur; imò, & ad summum perfectionis gradum evenerentur. Si hoc verum est, quanta accessit Deo gloria, laus, & honor ex uno Sacrificio; quandoquidem in eo Christus ipse temet ipsum Æterno Patri consecrat? Plus enim, incomparabiliter est Christum offerre se totum Patri, quam actum aliquem sui; quia dum se offert, tunc Patri offers fontem immensæ dignitatis, & innumerorum amoris ipsius actuum. Sed altius adhuc ascendamus. Confer omnes Beatorum, seu Angelorum, seu hominum laudes, cum iis, quæ reddi possunt Deo, ab omni multitudine eorum, quos Deus potest creare. Tum verò collige, si potes, omnes eas laudes, quæ totâ æternitate ab iis possunt manare: cer-

Tt 5

tum

666      *Christiani Militis*      Augustus  
tum est, totum istum cumulum ab unico actu amo-  
ris, quem Christus elicit, in immensum superari;  
deoque Deo incomparabiliter maiorem gloriam, &  
laudem conferre; quam omnes Angeli, & homines  
qui sunt, & esse possunt, totâ æternitate conferent.

III. Jam verò, compone illum unicum Christi  
actum, cum iis omnibus, quos ipse potest animo con-  
cipere: certum est, totum hunc cumulum, multò  
minus Deo, gloriae adferre posse; quam unico Milti  
Sacrificio procuretur; quia per sacrificium ipsius  
Homo-Deus in Altari constituitur, ad Patris glo-  
riam: qui haud dubiè plus valet, quam omnes ipsius  
actus; cum hi, omnem suam dignitatem eo mutuen-  
tur. Atqui, cum Christum, in Sacrificium Æterno  
Patri offers, aut offerri curas, aut ritè ades offerent;  
& ipsum, & ejus amorem, & omnes ejus virtutes, &  
perfectiones, & studium in Patrem, & laudem, &  
gloriam ex Sacrificio efflorescentem simul offers;  
deoque gloriam multis nominibus immensam, &  
titulis infinitam. Enimverò, Sacerdos verè sacrificat,  
verè igitur, totam gloriam. Sacrificio contentam,  
Deo litat: atque adeò immensa illa gloria eam reve-  
rà impertit. O igitur, amoris Eucharistici vim ad-  
mirabilem! O amabile paradoxum! Unimortali, &  
abjecto homuncioni, facultatem datam esse, Deum  
in lustriori honore afficiendi, quam data sit Cæliti-  
bus omnibus: eundem ipsum Deum amplius hono-  
rare, & colere, dum etiam parum piè, ac religiose  
liturgiam facit; quam æternitate totâ honoraturi  
sunt, aut honorare possunt Cælestes omnes: etiam ii,  
quos Deus præstantiores, plurèque condere potest.  
Quid plura? Eundem ipsum miserum, & vilem ho-  
muncio-

Augustus.

Tessera.

667

munctionem , plus ad gloriam Divinam conferre, quām si res omnes etiam possibles in linguis convertat , imò in præstantissimos Seraphinos , qui Deum & ardentissimè adament , & æternum laudent. Quām ergò necesse est gratum esse unicum Sacrificium : cùm inde tanta Deo resultet laus , & gloria ; & cùm ille laudis suæ , & gloriæ sit cupidissimus: cùm nemo sit ; qui non sit laudis avidus ; prout canit Poëta:

*Nemo tam pravus, qui non sit laudis avarus.*

## 25. DIES AVGUSTI.

Unde majores DEO agendæ sunt gratiæ , quām pro ipsius gratia per Dominum nostrum Jesum Christum ? *S. Augustinus contra advers. Legis, & Proph. L. I. c. 18.*

Sacrificiū I.  
Missæ est  
Eucharisti-  
sticum.

**N**on tot scatet aër atomis , quot homo Dei beneficiis. Ubi , gratiæ est collatio , illic requiritur gratiarum actio.

Sed , sicut nulla est proportio unius puncti ad immensitatem : sic nec ulla inter nostram erga Deum benevolentiam , & Dei erga nos beneficentiam. Christus non nescius , nos rependendæ pro tot beneficiis gratiæ impares esse : ipse , ut non dives minus , quām in nos propensus est , egestati illi nostræ miro modo contulsum voluit. Ille rationem nobis optimam subministravit , par Dei meritis in nos , grati animi pignus , dignasque gratias referendi , dum in uestibus nostros Sacrificium Eucharisticum instituit: ut pote , ut ipsa vox Eucharistia sonat ; institutum est

ad be-